BEATISSIME PATER

Vt animarum ſaluti deuotor orator vrōrum Joannis Antony de rauchate et Cecilie eius vxoris lucie de lucino Eliſabeth de Carpanis Joannis Jacobi de vidarijs Preſbiteri
Joannis Antony de vidarijs et eius vxoris et Bernardini de vidarijs Coniugator et dictarum mulierum vtriuſq ſexus liberorum Mediolaneñ et aliarum dioc ſalubrius con
ſulatur. Supplicant humiliter vr̃e ſanctitati Oratores prefati quatenus eis ſpetialem gratiam faciendo vt Confeſſor idoneus ſecularis uel cuiuſuis ordinis regularis pbr
quem eligendum duxerint ipſos a quibuſuis excōis ſuſpenſionis et interdicti aliiſq eccleſiaſticis ſententijs cenſuris et penis a iure uel ab homine quauis occaſione uel
cauſa latis ac votorum quorumcunq et eccleſie mandator tranſgreſſionibus periuriorum et homicidij caſualis uel mentalis reatibus manuum violentarum in quaſ
uis perſonas eccleſiaſticas non tamen prelatos de preterito iniectionibus ieiuniorum horarumq canonicarum ac diuinorum Offitiorum et penitentiarum iniunctarum
in toto uel in parte ommiſſionibus Necnon ab omnibus eorum peccatis de quibus fuerint contriti et confeſſi etiam ſi talia eſſent propter que foret aplica
ſedes conſulenda De reſeruatis exceptis contentis in bulla cene dni Semel in vita et in mortis articulo de alijs non reſeruatis caſibus Totiens quotiens opus
fuerit abſoluere et pro cōmiſſis penitentiam ſalutarem iniungere vota uero quecunq vltramarino viſitationis liminum apoſtolorum Petri et Pauli de vrbe
ac Jacobi in compoſtella religionis et caſtitatis votis dumtaxat exceptis in alia opera pietatis cōmutare. Et quecunque Juramenta ſine iuris alieni preiuditio
relaxare. Ac ſemel in uita et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem et abſolutionem aplica aucte impendere valeat. liceatq
cuilibet oratori pbro ſeu nobili uel graduato. habere altare portatile cum honore debito ſuper quo in loco ad hoc honeſto et non ſacro et eccleſiaſtico
Interdicto ordinaria aucte ſuppoſitis dumodo cauſam huiōi non dederint interdicto etiam anteq eluceſcat dies circa tamen diuturnam lucem in ſua et ſuorum
familiarium domeſticorum preſentia miſſas et alia offitia diuina celebrare ſeu celebrari facere ac illis intereſſe Necnon eucareſtiam et alia ſacramenta eccliaſtica
ſine rectoris preiuditio preterq in paſcate recipere. Et Oratorum decedentium corpora ſine funerali pompa eccliaſtice Tradi poſſint ſepulture. Et inſuper vnā
uel duas ecclias aut duo uel tria altaria in partibus ubi oratores reſederint quadrageſimalibus et alijs Temporibus et diebus ſtationum vrbis rome viſitādo
Tot indulgentias et peccatorum conſequant remiſſiones quas conſequerent ſi ſingulis diebus eiſdem ſingulas urbis et extra eam ecclias perſonalr viſitarent. Preterea
eiſdem quadrageſimalibus et alijs temporibus et diebus proibitis ouis butiro caſeo et alijs lacticinijs ac carnibus de vtriuſq medici conſilio vti Ceterum
ut mulieres vna cum tribus aut quattuor alijs honeſtis mulieribus per earum quamlibet eligen quater in anno quecunq monaſteria monialium cuiuſuis etiam
ſancte clare Ordinis de inibi preſidentium licentia ingredi ac cum eiſdem conuerſari dumodo ibidem non pernoctent poſſint et valeant Concedere digne
mini de gratia ſpetiali Conſtitutionibus et ordinationibus aplicis ac Cancellarie regulis non obſtantibus quibuſcunque

t de reſeruatis ſemel in uita et in mortis articulo premiſſis exceptis vt ſupra
t de non reſeruatis huiuſmodi ſedi caſibus totiens quotiens opus fuerit vt ſup̄
t de Comutatione votorum et relaxatione Juramentorum ut premittitur
t de plenaria remiſſione et abſolutione ſemel in vita et in mortis articulo
t de altare portatili cum clauſula ante diem et in locis interdictis vt ſupra
t qd Tempore interdicti oratoru corpora eccleſiaſtice tradi poſſint ſepulture
t de Indulgentijs ſtationum urbis viſitando eccleſias uel altaria vt ſupra
t de eſu ouorum butiri caſei et aliorum lacticiniorum ac carnium
t de ingrediendo monaſteria monialium pro ſingulis mulieribus vt ſupra
t cum derogatione cancellarie apoſtolice regularum in contrarium editar.
t qd preſens indultum duret ad vitam oratorum et ſola ſuffitiat ſignatura.
t qd preſentium tranſumptis autenticis fides que pro ſingulo oratore ad
Partem ipſius nomen et cognomen liberorum et dioc exprimen fieri poſſint.

Conceſſ ut petit in pñtia d. N. pp p. card Euſtachij

P. Cazentan

B. de epiphanijs

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1853164577-10

1551. de senis correct

Marbio. 28 (50)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1853164577-10